

Instructionio a Sigismundo primo Rege
Poloniae ad Cardinalem Protectorem
data Nicolao Mostowski Aulico Regio.

Nuntius Serenissimi Regis Filii Nostri, ca-
pta occasione ad R^m Do. Cardinalem Pro-
tectorem adibit, ut verbis eum Nostri salvere ju-
bebit. Deinde dicet accepisse q^d Commissarius Ca-
mere Apostolica rebus omnibus defuncti Stani-
slai Recerica Penitentiarij Nri manus iniecit,
ac fisco eas vendicaverit. Rogabit quandoquid,
Commissarius hic Recerica propinquos habet egen-
tes quibus etiam tantum non suppetit, ut vitam
suam sustentari possint, ut suam auctoritatem
interponere velit, ut pecuniam quam sibi fisco
usurpavit, ea ad alendos homines inopes propin-
quos defuncti convertatur.

Dicet preterea, permoleste nos tulisse, quod Com-
missarius Camera Apostolica, non contentus eo,
quod Rome fisco vendicaverat, ad venientem Sta-
nislaum Borch Decanum Cracoviens^{is} Secretariu^m
Nostrum scripserit, ut que hic restat pecu-
nia Sacerdotiorum defuncti, cum transmittenda
Romam curaret, cum quadam etiam denun-
tiatione, nisi faceret, fore ut de officio quod habet
isthic, in dubium veniret. Nunquam fuit in
hoc Regno Nostro ut testandi de bonis
suis facultas Clero Spideretur. Quamobrem
petet R^m Do. Cardinalem, ne quid novi in
Regni Nostri clorum status permittat ac
Commissarium generalem hortetur, ut ab ejus
modi injuriis abstineat, neq^e grat^o nobis ho-
mini venienti Stanislao Borch negocium ex-
hibeat, nihil enim nobis facere popet molestius.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

1546
Legat
al
Data
e
C
mus
non
Som
qu
sub
et
ipa
tra
inde
cum
Din
qui
po
Cur
mu
Illu
ali
tem
su
aut
di
Ille
re
mo
eju
Illu
sti
liber